

CXXIX. POTENTIA (S. Maria a Potenza prope Porto di Recanati). Tribu Velina.

Potentia colonia civium Romanorum deducta est a. u. c. 570 teste Livio 39, 44 (cf. Vell. 1, 15): *coloniae duae Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductae sunt. sena iugera in singulos data: diviserunt agrum coloniasque deduxerunt iidem tres viri Q. Fabius Labeo et M. et Q. Fulvii Flaccus et Nobilior.* Meminerunt praeterea oppidi Cicero (de har. resp. 28, 62: *factus in agro Piceno Potentiae nuntiatur terrae motus*); Strabo 5, 4, 2 p. 241; Mela 2, 4, 66; Plinius 3, 13, 141; Ptolemaeus 3, 1, 21; liber coloniarum p. 226. 257 bis, itineraria (v. p. 479). In ora situm fuisse cum colligatur ex Mela Plinio Ptolemaeo colloceturque apud Melam et Plinium inter Cluanam et Numanam, dubium non est quin fuerit ad ostia fluvii adhuc dicti Potenza, ubi adhuc extat ecclesia S. Maria a Potenza, non longe ab oppido

q. d. Porto di Recanati. Nomen oppidi habet titulus repertus Montesanti n. 5810.

Adiunxi titulos prolatos ex oppidis vicinis Montesanto, cuius modo memini, et Recanati. Ex Recanatio LIGORIVS praeter ficticios, quos sub Ricina exhibuimus, nam eam pro Recanatio habuit (v. p. 547), genuinum unum n. 5809 protulit antea ignotum. De eodem oppido qui scripserunt Iohannes Franciscus ANGELITA *origine della città di Recanati e la sua historia e discretione* (Venetiis 1601. 4. ff. 38) et Angelita SCARAMVCCIA *discorso storico sopra l'origine e rovina di Ricinia e dell'edificazione ed avvenimenti di Monte Cassiano* (Loreto 1638. 8. pp. 402) pauca dederunt, etiam pauciora Diegus CALCAGNI *memorie istoriche della città di Recanati* (Messinae 1711. fol. pp. 374).

5808 in rudibus oppidi antiqui ad ostia fl. Potentiae in territorio Recanatensi rep. a. 1820; extat Recanati in domo Leopardi LEOP. Adhuc ibidem.

	noct.		diur.		
i	uen	i	mar.	n	
ii	MER · C	ii	sol.	c	
iii	· LVN · C	iii	uen.	b	
iiii	· SAT · N	iiii	mer.	c	
5 u	· IOV · B	u	lun.	c	
u I	· MAR · N	ui	sat.	n	
VII	· SOL · C	uii	iou.	b	
uiii	uen.	b	uiii	mar.	n
uiiii	mer.	c	uiiii	sol.	c
x	lun.	c	x	uen.	b
xi	sat.	n	xi	mer.	c
xii	iou.	b	xii	lun.	c
	martis dies n				

Descripisi. Monaldus Leopardi *libri manoscritti esistenti nella casa Leopardi* (Recanati 1826) tab. 2.

Pars est tabulae dies horasque n(oxias), c(om-munes), b(onas) enumerantis; plenam servavit chronographus a. 354, unde edidi in commentariis soc. Saxonicae vol. I p. 566.

Explevi ita ut referatur ad horas nocturnas Martis, sed eodem iure potest referri ad diurnas Veneris, quarum item prima a Venere regitur. — Mihi in primo ordine v. 6. 7 in lapide apparuerunt L et VII; sed in scriptura minuta et exili L et I vix differunt.

5809 Racanati in casa di quelli del Ferro in testa d' una scala LIGOR. (Met. Visc.). Montirone M p. fere a Recanatio rep. ante annos c. L, hodie in aedibus Veniero Venieri ANGELITA (1604). Ibi frustra indagavit LANCELLOTTIVS (ms. apud Raffaellium). — Locum non enuntiant CITT. GVARN. — Baiis BALDANIVS apud Gorium cod. Maruc. A. 77 et MARINIVS cod. Vat. 9134 f. 260, qui error inde proficiscitur, quod SARNELLIVS (*guida di Pozzuoli* ed. 1768 p. 83) titulum affert ex Lipsii comm. in Tacitum hist. 1, 65 loco non adscripto.

C · LVCILIVS · C · F · VEL · VINDE · X · MILES · CHOR · VI
 PRAET · VIXIT · ANN · XXX · MILITAVIT · ANNIS · XII · PRINCIPALIS
 BENE · FICIA · RIVS · TRIBVNI · DEINDE · OPTIO · IN · CENTVRIA
 HOC · TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT · HONORIS · PIETATISQVE
 5 c a u s a e T · C · LVCILIO · SECVNDO · PATRI · ET · LORE
 TI · MATRI · ET
 E · AVIAE · EX · HS · ∞ ∞ PRAELEGATIS

Duo exempla habemus plena, alterum Ligorii inter Metelliana cod. Vat. 6034 f. 16' (inde Grut. 551, 3; ex eo Colucci 3, 234; Orelli 3461) et in codice Viscontiano f. 42 et apud Panvinium cod. Vat. 6035 f. 77', Rom. p. 532 (inde Manutius orth. 489, 9; Smetius 94, 2; Ligorius Taur. 15; Fabrett. 136, 144 ex schedis Barberinis, item, ni fallor Cittadinus cod. Marc. p. 65), alterum Angelitae *origine di Recanati* 1604 f. 8 (inde Calcagni p. 26; Mur. ms. 21, 231 a Philippo Camerinio). Praeterea partem mediam linea separatam repperi in schedula soluta Guarnieriana.

Versuum divisio constituta est ad fragmentum Guarnierianum; reliqui auctores continuant. — 1 MIL Citt. — COH Panv. Citt. — 2 IN Guarn., ANN Ang., AN Ligorius cum suis. — MIH I VII Guarn. — 3 TRIBVN Citt. — CENTVRIA Visc. — 5 in. T Guarn., ET Ang., CAVSSA (Visc., CAVSSA Citt., CAVSSA Met. 'sic', item Panv.) SIBI ET Lig. cum suis. — LVCILLO Guarn. — 5. 6 ET · LORE . . . TI · MATRI Ang., ET · LORENAE · CIVITATI · MATRI Lig. (Met. Visc.), ET · FLORENAE · FELICITATI · MATRI Grut. ex interpolatione sine dubio Gutensteniana, om. Citt. Panv. — 7 E · AVINIS /// IS Guarn., AVIAE · EX · HS · ∞ ∞ · PRAELEGATIS Ang., LVCILIAE · SVAE · AVIAE · EX · HS · ∞ ∞ PRAELEGATIS Lig.

5810 cavata nella Badia di Montesanto e portata in Macerata al Sig. Lazzarini CONSTANTINVS apud Brutium. Ritrovata presso l' antica Potenza e trasportata in Macerata in tempo che il Sig. Paganucci teneva in affitto la Badia di S. Maria in Potenza, per quanto mi ha riferito il Padre Costantini, che mi disse aver ciò inteso dallo stesso contadino che la trasportò, il qual contadino ancor vive LANCELLOTTI 1753, addens ex domo Paganuccia titulum delatum esse ad Antonium Lazzarini. Maceratae trovata nella demolizione di una casa dove serviva di soglia ad una porta di struttura gotica, est apud Antonium Lazzarini NOV. FLOR.

dis manibus MEMORIAEQVE
 VEL · QUIETI
 F · VEL · QUIETVS · PATER
 et matER · FILIO · KARISSIMO
 5 fecerVNT · L · D · D · D · POT

Novelle Fiorentine 1750, 562. 875, hic recognito titulo a Francisco Filippucci abbate (inde Donat. 341, 2), quam lectionem Zaccaria impugnavit primum (stor. lett. 2, 528), deinde comprobavit (l. c. 3, 773. 12, 181 cf. Nov. Flor. 1754, 392); Lancellotti ms. f. 3, diss. epist. p. 42; Colucci 8, 140; Phil. Bruti-Liberati *lettera settima sopra Monte Santo* (Ripatransone 1845) p. 5 ex Antonii Mariae Constantini capucini Montesantensis dissertatione ms. *sul vero sito di Pasola*.

1 primam, 2 primam litteram dimidiatas habent Lanc. Zacc. 12, om. reliqui.